

Gratz 1 Martii 1849

Celeberrime Domine Professor.

Litteras Tuas accepi, atque gratias ago
pro adnotationibus in schedula factis.

Multo Tibi fasciculum plantarum in Ital.
malis holarum, quarum nonnullas Tibi gratus
fore spero. Adidi catalogum harum plantarum,
quem ut cum adnotationibus benigne factis
remittere queo. —

Lathyrus viciorides, (cujus hoc unicum exemplar
possideo, quodque ut iterum remittere queo,
certe singularis speciei est, L. bithynico Lam.

proxima, sed lenitate omnium partium,
sepalis parvis subdentatis (nec grandidentatis

ut in bithynico, foliis bijugis linearibus lanceo-
latis, cirrho simpliciter. — Delexit Neumayer
constat autem speciem (L. bithynicum) cujus est minor

Selinum Sequieri Pelleri, jam prius missum,
quod pro Enidio apicoide habes, tamen alia
planta videtur. Comparavi iterum cum planta
germanica, Tibique etiam exemplar germanicum
comparationi gratia mitto. Videtur certe Enidi
speciis, sed fortassis nova, aut in operibus
recensitissimis descripta.

Liberissime Tibi et alias a Te designatas
plantas communicabo, quae ad opus tuum egregium
perficiendum necessario sunt.

Adidi porro catalogum plantarum Palma-
ricarum a me despectarum, quas si benevole
communicare velles, me gratissimum redderes.

Quando volumen secundum operis Tui, omni-
bus Botanice cultoribus copiosissimum
in lucem prodibit?

Annotationes et corrigenda in Enumeratione
mea gratissimo acceptam animo.

Sublentissime semper omnibus Vobis suis
respondere conabor, rogam, ut oblata
benigne accipietis, successusque

Tuo Devotissimo

Dr. Jof. Maly

Phagnalon parviflorum DC.

una cum exemplaribus P. rupestris exemplar
una e Dalmatia accepi